Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Vitae Christi pars secunda, capitulum I

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Capitulum primum

Anno domini xxviij

Incipit ſecunda pars
de confeſſione vere
fidei quam petrus
fecit poſt primum capitulum

Prima pars li
bri huius que
precedit nullam
de paſſione men
tionem expreſſe
facit. Secunda
vero pars que hic ſequitur fre
quenter de paſſione facit mentionem
et tandem totam continet paſ
ſionem et eorum que ultra ſunt
ſeriem. Poſt premiſſa vero venit
ihesus tamquam ſalvator ubique lu
men doctrine ſpargens ubique pec
catores querens ubique penitentes
ſalvans in partes et fines civi
tatis que ceſarea philippi nomi
nabatur ſed nunc paneas dicitur. Philippus tetrar
cha frater herodis civitatem illam renovavit
et ampliavit et ex nomine ceſaris ceſaream phi
lippi in memoriam ſui nominis appellavit. Et eſt
ſita in pede montis libani ubi hinc inde in
declivi latere montis oriuntur duo fontes
ior et dan dicti qui poſt modicum ad radi
cem et pedem libani confluentes efficiunt
iordanem qui poſt longos circuitus ingreditur
mare galilee prope corozaim civitatem. Dicitur
etiam ceſarea philippi ad differentiam ceſaree pa
leſtine ubi cornelius centurio dicitur habitaſſe.
Eſt et alia ceſarea metropolis capadocie
que eſt in regione turchie. In iſta autem ci
vitate ſcilicet ceſarea philippi et in confinibus
eius habitabat gentium populus et ideo ex hoc
quod christus miſterium ſue incarnationis ibi reve
lare voluit oſtenditur quod fundamentum eccleſie
in fide gentium ſit. Hec enim civitas eſt finis
regionis gentium et terminus iudee ad ſep
tentrionem ad quam tributum cenſus capitis
deferebatur pro quo ſub ceſare auguſto u
niverſus orbis deſcriptus dicitur. Congruum

ergo fuit ut in loco in quo orbis tributum
ſolvit rex regum et dominus orbis tri
butum fidei exigeret quod ſolvitur de ca
pite anime id est de mente. Et cum eſſet ſolus
orans in via interrogavit diſcipulos ſuos
non quia dubitaret vel ignoraret et ut
ab eis diſceret ſed ut eos veritate inſtrueret
et doceret et errorem hominum per reſpo
ſionem diſcipulorum eliminaret. Item ut
eis occaſionem merendi daret et nos fi
deli eorum confeſſione in fide ſolidaret. Item
ut fidem illorum perſequentem approba
tionem et permiſſionem in ipſis fortius con
firmaret ac differentiam apoſtolorum et populorum oſten
deret. Exploraturus autem fidem diſcipulorum
prius vulgi ſententiam inquirit quia confir
maturus eos in fide prius opiniones et
errores aliorum a mentibus eorum removere
voluit ut de veritate eos melius informaret.
Sic doctor ewangelicus debet errores
deſtruere ut melius poſſit veritatem aſſer
ere. Volens ergo dominus errores expo[nere]
ut eis expulſis diſcipuli veritatem pro
ferant non ex vulgi opinione ſed ex divina
revelatione interrogavit eos dicens Quem
dicunt homines et turbe vulgares eſſe
filium hominis id est virginis. Hoc ſoli christo
convenit. Adam enim fuit filius terre, alii
filii hominum quia ex utroque gignuntur
parente, ſed ſolus christus fuit filius unius ho
minis quia non niſi unum parentem ha
buit in terra ſicut unum in celo. Vocat ſe
etiam non filium dei ſed hominis ratione
humilitatis quod eſt contra illos qui ſe
per volunt ſe a digniori denominare et
maiores ſue parentele tantis ceteris allega
re. Secundum ieronimum non dicit quem
me dicunt eſſe homines licet de ſe intelli
geret ne iactanter de ſe querere videretur.
Sed dicit ſecundum criſoſtomum filium hominis quia
diſpenſationem incarnationis credi vult
et in confeſſionem devenire. Similiter
prelati ac doctores et magni homines

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

deberent inquirere de fama ſua a collate
ralibus ſuis quia bona fama doctoris et p
ſidentis multum facit ad doctrine et edi=
ficationis fructum et mala ad detrimetu
Unde Orige. Interrogauit xpus diſciplos
ut nos ſcꝫ ſtruemur qualis opinio ſit a=
pud homines de nobis ut ſi qd mali dicat
de nobis occoes illius preſcidamus ſi q
aut boni eius occaſiones augeamus Sed
et diſcipuli epoꝝ aploꝝ inſtruunt exo.
ut quale ſcꝫ opiniones audierint foris
de epis ſuis referant eis In hoc aute
q dominus ab aplis queſiuit de fide tur
barum dedit intelligere q prelati red
dituri ſunt racione de fide ſubditorum
Et quia de xpo erant uarie opiniones
in pplo ideo diſcipuli reſponderunt dice=
do q aly dicerent eum eſſe iohanne bap=
tiſtam quia in utero mris poſitus ſenci=
ebat dnm pñciaꝫ et ꝓpter baptm et uite
eminenciaꝫ cuius opinionis fuit herodes
et ſui ſequaces Unde theo. multi naqꝫ
putabant q iohannes a mortuis ſurrex
iſſet ſicut et herodes credebat et poſt re
ſurrectionem ſua miracula ꝑpetraſſet
Aly uero dixerunt eu ee heliam ꝓpter
zelum ueritatis quem habuit et ꝓpter
potentie euidenciaꝫ quia igne de celo
depoſuit et quia ad celum raptus cre=
ditur inde eſſe uenturus Aly ieremiaꝫ
pro ſanctitate qua ſanctificatus fuit in
utero mris et ꝓpt paciaꝫ in aduerſis et
ꝓpter luſtum ſue quia populi peccata
planxit et lamentatus fuit Aly autem
unu de ꝓphetis ſcꝫ helizeum ꝓpt excel=
lenciaꝫ ſapie habuit em duplice ſpm
helie uel quia ſurrexit unus alius de
antiquis ꝓphetis prioribus Et ſic patꝫ
diuiſio erroris habiti de ihu a diuſis
Sic ad huc hodie uariantur homines
inquirendo ſubiti ſue beatitudine diu9
quiſqꝫ em ponit beatitudine in eo quod
diligit et hoc pro deo colit quia ſecudu

Auguſtinu hoc ab homine colitur quod pre
ceteris diligit Deinde exigit a diſcipulis pro
ꝓpriaꝫ de ſe confeſſionem dicens. Vos autem
ab alys diſcreti qui non eſtis de turba ſꝫ mei
diſcipuli quibus datu eſt noſce miſteriu regni
dei qui eſtis lux mundi quibus omia quecuqꝫ
audiui a patre meo nota feci quē me eſſe
dicitis Et quaſi diceret ſi aly errant opione
falſa de me uos tamen non debetis errare
qui tam diu mecu fuiſtis et meaꝫ doctrinaꝫ
frequent audiſtis et miracula tanta vidiſtis
Et reſpondit petrus pro omnibus ſcꝫ pro ſe
et pro alys quia omnes unu ſciebant et
idem ſenciebant licet aly apoſtoli eadem
ſcirent iſte tamen tanquaꝫ ſenior ac
princeps et caput alioꝝ fit os totius col
legij ac pre omnibus et pro omnibus
reſpondit qui omnibus preeſſe et ꝓdeſſe
debuit Ex quo patet q precipue ad petri
ſucceſſorem pertinet certificacio dubitacoim
de fide et pertinentibus ad eandem petro
ergo non a parentibus ſꝫ a patre celeſti
edoctus dei filium et hominem uidens
Utrumqꝫ complexus eſt ac ueritatem diui
ne et humane nature .i. uerum deum et
hominem in eodem ſuppoſito confitetur
dicens Tu es xpus filius dei uiui quaſi
diceret tu es xpc .i. homo ſcꝫ q unctus
es oleo gratie pre participibus tuis et
ſic confitetur eius humanitatem in qua
unctus eſt oleo gratie pre alys et es filio
filius dei naturalis ſcꝫ et non adoptatiuꝰ
ſicut aly et per ꝯſequens euiſdem nature
cum deo patre et ſic confitetur eius diui
nitatem et addit uiui .i. incommutabilis ꝛ
eterni quia hebrei conſueuerut uocare
deum uiuu. Ad dram et diſtinctioꝫ falſoꝝ
deoꝝ qui non uiuūt quos ſcꝫ gentes uel
de mortuis hominibus uel de inſſibili ma
teria et ſubſtancia ſibi inſtituerunt. Reſpo
dens autem ihus petro et in petro omībꝰ
mercedem uere confeſſionis dixit ei bea
tus es ſymon bariona .i. filius iohanna

bar enim idem eſt quod filius iona autem po-
nitur per diminucionem pro iohanna
ſubtracta media ſillaba. Unde barıona in-
terpretatur ac ſi filius iohannis diceretur
et propter hoc eciam petrus quoque ſymon io-
hannis dicitur. Secundum criſ. hoc dicit
ut oſtendat quod ita naturaliter xpus eſt
filius dei ſicut petrus filius ione eiuſdem
ſubſtancie cum eo qui genuit. Beatus in-
quam es propter confeſſionem vere fidei
que ducit ad beatitudinem quia caro et
ſanguis non revelavit tibi i. non pare-
tes tui vel homo mortalis ac humana
doctrina iſtam veritatem et tui archa-
ni fidei te docuerunt ſed pater meus qui eſt
in celis et per conſequens tota trinitas
quia indiviſa ſunt opera trinitatis. Unde
criſ. Uno iſte convenit et ad omnes et
ſingulis quibuſque dicitur. Beatus es tu
qui caro et ſanguis non revelavit tibi
ſed pater meus qui eſt in celis. Tu dicis et
verum dicis quia ego ſum xpus filius dei
vivi. Et ego qui ſum veritas immobilis dico
tibi pro te et pro ſociis tuis cuius dicere
eſt facere quia tu es petrus a me petra
dictus i. confeſſor vere petre que eſt xpus
ut fide fortis et doctrina ſtabilis. merito
propter fidei fortitudinem et fidelem xpi
confeſſionem. Hoc nomen petrus accepit
qui in petram xpum credit. Symon qui-
ppe antea vocabatur ſed hoc nomen petro
a domino ei impoſitum eſt ut eccleſiam
ſignificaret. Una enim petra xpus pe-
trus eſt populus xpianus et ſuper hanc pe-
tram quam modo confeſſus es et quam
tu modo in fidei fundamento poſuiſti i.
ſuper xpm edificabo ecciam meam petra
enim erat xpus ſuper quod fundamentum
eciam ipſe edificatus eſt. Petrus huic
ſine apoſtolus concordans ait fundame-
tum aliud nemo poteſt ponere preter id quod
poſitum eſt quod eſt xpus ihesus. Ac
ſi dicat. Non eſt aliud fundamentum

niſi illa petra quam petrus poſuit funda-
mentum cum diceret. Tu es xpus filius
dei vivi. Super hanc enim petram edifi-
catur tota dei eccia. Item ſuper hanc pe-
tram i. ſuper hanc fidem et confeſſionem
ſeu huius fidei et veritatis firmitatem
tamquam ſuper fundamentum firmum edi-
ficabo eciam meam. Et porte inferi que
ſunt ſuggeſtiones demonum delectaciones
viciorum doctrine hereticorum tormenta
et blandimenta perſecutorum ac prava
malorum opera colloquia et exempla que
iter perdicionis oſtendunt et ad tartarum
ducunt non prevalebunt adverſus eam
ſed eciam ſic firmatam quia a fide et ca-
ritate xpi non ſeparabunt eam. Ex quo
patet quod eccia conſiſtit in illis perſonis
in quibus eſt noticia et vera confeſſio
fidei et veritatis. ¶ Deinde claves regni
celorum ſe petro daturum dominus promiſit
ſed tunc non dedit quia ſi ſtatim dediſſet
nunquam in petro praritas confeſſionis
de qua ſtatim ſubditur vel error nega-
cionis de quo in paſſione dicitur locum in-
veniſſet. Dicit autem pro omnibus apoſtolis
Petrus reſpondit ita in eo omnibus cla-
ves regni dominus promiſit dicens. Et tibi
qui preceteris confeſſus es dabo claves
i. iudicii poteſtatem regni celorum i. eccie
preſentis que dicitur regnum celorum quia ad
uſum poteſtatis eius digne miniſtratum
ſequitur aditus vel clauſio regni celorum.
Unde beda. Claves autem ei non modo dan-
tur ſed promittuntur nec dum enim fabri-
cate ſunt ſuper modum crucis nec in ſang-
uine temperate ego quoque eorum miniſterio cum
in actu perfeccionis fuerint adhuc in
ardentis paſſionis fornace uno latroni
et homicide aperiam ianuam paradiſi
ut et tu meo exemplo publicanos et
meretrices intrare permittas. Tu enim
ſuper eos iudicium exercebis qui confi-
tebuntur culpam et expectabunt penam

Et ideo habebis ordinariam iurisdictionem
et iudiciariam poteſtatem ad quod duo
requiruntur auctoritas cognoſcendi
uel arbitrandi de culpa et poteſtas ab
ſoluendi uel eam iudicandi que duo ſub
nomine clauium tibi dabo hec beda claues
ergo regni celorum ipſam diſtrecionem +
qua dignos uel indignos diſcernat poten-
ciam qua liget uel ſoluat Clauis quippe
eſt poteſtas quedam ſpiritualis ſuper na-
turaliter a deo data et infuſa non innata
et acquiſita Et dicit hic gloſa quod due ſunt
claues ſcilicet ſciencia diſcernendi ac poteſtas
ligandi et ſoluendi Unde ſciendum quod ſicut
in ſole potencia liquefaciendi et induran-
di una eſt in radice ſed due in effectibus
ſic tantum una eſt clauis in radice ſed
due in effectibus Clauis enim dicitur poteſtas
iudicandi in foro animarum non corporum
poteſtas autem iudicandi ex duobus integratur
ex poteſtate diſcernendi inter examina-
cione et poteſtate diffiniendi inter determi-
nacione per ſentenciam condempnatoriam
uel abſolutoriam. Una poteſtas dicitur hic
sciencia non ut eſt habitus cognicionis
ſed auctas et poteſtas diſcernendi et iu-
dicandi per ſcienciam prehabitam Alia di-
citur potencia admittendi ad regnum
uel excludendi ſecundum uerum iu-
dicium prehabitum qua dicitur indigni
excludi et digni recipi Unde Bernhardus
Petrus claues accepit in ſciencia et poteſtate
ſibi data deſuper et hee claues ſunt
poteſtas aperiendi et claudendi atque
inter admittendos et excludendos diſtrec-
cio Deinde ſubiungit Et quodcumque
ligaueris ſuper terram i. ipſo ſuper terram
uiuente erit ligatum et in celis i. celeſ-
tis curia approbabit et confirmabit Et
ſimiliter quodcumque ſolueris ſuper terram
erit ſolutum et in celis hoc eſt ſecundum
gloſam quemcumque indignum remiſſione
iudicaueris dum uiuit indignus aput

deum iudicabitur et quemcumque ſoluendum
iudicaueris dum uiuit remiſſionem pec-
catorum a deo conſequetur Hec autem
ſoluendi atque ligandi poteſtas non ſoli pe-
tro ſed et ceteris apoſtolis data eſt a domino
et non tantum apoſtolis uerum eciam in epiſcopis et
preſbiteris omni eccleſie Ita tamen quod poteſtas
auctoritas eſt in ſolo deo qui aperit per gracie
infuſionem poteſtas excellencie in xpo
qui aperit per paſſionis meritum poteſ-
tas miniſterii in prelatis eccleſie qui aperi-
unt per ſacramentorum miniſterium Et ideo petrus
ſpecialiter claues regni celorum et prin-
cipatum iudiciarie poteſtatis accepit ut omnes
per orbem credentes intelligant quia
quicumque ab unitate fidei uel ſocietatis huius
quolibet modo ſemetipſos ſegregant tales
nec uinculis peccatorum abſolui nec ianua
regni celeſtis ingredi poſſunt Et ſecundum gloſam
ſpecialiter eam poteſtatem dominus petro con-
ceſſit ut ad unitatem nos inuitaret Ideo
enim eum principem apoſtolorum conſtituit ut
eccleſia unum principaliter xpi haberet vi-
carium ad quem diuerſa membra eccleſie recur-
rerent ſi forte inter ſe diſſentirent Quod
ſi diuerſa capita eſſent in eccleſia unitatis
vinculum rumperetur hic ergo petrus eligitur
eccleſie prelatus ſed poſt cum aliis apoſtolis hanc pro-
miſſam poteſtatem accepit ubi apoſtoli epiſcopi
ſunt ordinati quando poſt reſurrectionem dominus in-
ſufflans in eos dixit accipite ſpiritum ſanctum
etc. ſed paſtorem omnium fidelium et apoſtolorum
principem ac ſuum vicarium in tota eccleſia
prefecit cum ei dixit paſce oues meas //
Hec predicta epiſcopi et prelati audiant de
munere gaudeant de poteſtate non ſuperbiant
Si enim ſic ligauerint ut petrus ſi ita ſol-
uerint ut petrus quicquid ligauerint ligatum
erit et quicquid ſoluerint ſolutum erit Imitentur
ergo illum in diſtrecione et iuſticia qui
imitari uolunt in ligandi ac ſoluendi po-
teſtate Ideo enim hec ſoli petro dicta ſunt
ut omnes alii ſe in illo quaſi in ſpeculo uide

+ et potenciam nominat diſtrecionem

Caveant sic viuendo sic agendo sic ligando
sic ſoluendo et a pace et concordia non
recedendo. Non preſumant quicquam
contra iuſticiam et veritatem atten-
dentes verbum apostoli dicentis. Non enim
poſſumus aliud contra veritatem ſed pro
veritate. Et secundum Origenes. Qui irreprehen-
ſibilis qui alterum ligat vel ſoluit ut
inueniatur dignus ligare vel ſoluere
in celo. Quodcumque ergo ligauerint ut
ſoluerint in terra iuſte et diſcrete ac
utraque claue cooperante et non errante
ligatum vel ſolutum erit et in celo. Qui
tamen iniuſte agit prelatus ſententia eius et
ſi ligat quo ad eccleſiam militantem non
tamen quo ad triumphantem. Que ſiue
iuſte ſiue iniuſte proferatur ſemper
ſententia paſtoris timenda eſt ne forte cul-
pa que non ſit ex opere fiat ex elacione.
Unde Gregorius: ſub magno moderamine paſ-
tores eccleſie vel ſoluere ſtudeant vel liga-
re. Sed utrum iuſte an iniuſte obliget pa-
ſtor: paſtoris tamen ſententia gregi timenda
eſt. Unde is qui ſubeſt et cum iniuſte for-
ſitan ligatur ipſam obligacionis ſue ſen-
tenciam ex alia culpa mereatur. Paſtor
ergo vel abſoluere indiſcrete timeat
vel ligare. Is autem qui ſub manu paſtoris
eſt ligari timeat vel iniuſte vere paſ-
toris iudicium temere reprehendat ne et
ſi iniuſte ligatus eſt ex ipſa tumide re-
prehenſionis ſuperbia culpa que non erat
fiat. Hec Gregorius. ¶ Tunc poſt confeſſionem
diſcipulorum de filio dei factam in petro di-
cente Tu es filius dei viui precepit ihesus
diſcipulis ſuis ut nemini dicerent et re-
uelarent quod ipſe eſſet ihesus christus ut ſecundum quod ipſi
de christo intellexerant alijs non predicarent.
Hoc precepit christus cauſa humilitatis quia
de ſe non magna ſed humilia predicari volu-
it et cauſa non impediende paſſionis quia ſi
predicaretur et crederetur christus non crucifigeretur
et cauſa non ſcandalizande ſue congrega-
cionis. Prima ſi primo immortalitas
et magna de eo predicata fuiſſent et
poſtea puſilli et adhuc infirmi in fide
eum flagellari crucifigi et poſt multa
ignominioſa mori vidiſſent ſcandaliza-
ti de eorum predicacione fuiſſent. Unde illa
prohibicio fuit ad tempus ſcilicet uſque poſt re-
ſurrectionem ne ſi ante paſſionem predicaretur
irritaretur fides in cordibus credencium
propter futurum ſcandalum paſſionis ſicut
patet ſecundum in ipſis apoſtolis. Incubabat enim tempus
paſſionis tempus ignominie et oſtendende
infirmitatis ſed poſt reſurrectionem habita
perfecta victoria mortis erat tempus predi-
candi gloriam ſue maieſtatis. Quando
enim ceſſauit cauſa ſcilicet ſcandalum paſſio-
nis ceſſauit et effectus. Unde Criſoſtomus.
Prima ſi manifeſte eſſet agnitus filius
dei nemo auſus fuiſſet manus in eum
mittere. Et nec crucifixus fuiſſet nec re-
ſurrexiſſet a mortuis. Propterea et
adhuc infernorum regnum eſſet in terra
et dominacio diaboli totum mundum
teneret. Unde et ambroſius multis ex
cauſis iubet tacere diſcipulos ut fallat
principem ut declinet iactanciam do-
ceat humilitatem ſimul ne rudes et
et imperfecti adhuc diſcipuli maioris
predicacionis molibus opprimantur pro-
hibentur ergo apoſtoli euangelizare
eum dei filium ut euangelizarent po-
ſtea crucifixum hec eſt fidei gloria
ſi vere intelligas crucem christi. Alie vero
cruces michil mihi proſunt ſola christi
crux mihi utilis eſt. Et vere utilis
per quam michi mundus crucifixus eſt
et ego mundo. Qui michi crucifixus
eſt mundus ſcio quia mortuus eſt et
non diligo eum ſcio quia preterit et non
concupiſco eum ſcio quia corruptela eſt
fugiunt hunc mundum et quaſi fetidum
vito quaſi luem caueo quaſi nociturum
relinquo. Hec ambroſius. Modum autem allo

querendi et ad eccleſiam ac fidem voca
di ſiue gentiles ſiue iudeos deſcribit hoc
loco idem Ambro. dicens Cum aliqui
ex gentibus vocantur ad eccleſiam ita p
ceptorum ſeriem forme debemus ut pri
vnum deum auctorem mundi omniumque
eſſe doceamus in quo viuimus et ſumus
et mouemur cuius et genus ſumus
ut non ſolum propter munera lucis et vi
te verum eciam propter cognacionem quandam
generis diligendus a nobis ſit deinde opi
nionem illam que eſt de ydolis deſtru
amus eo quod non poſſit aurum argentumque
uel ligni materia vim in ſe habere diuinam
Cum vnum deum eſſe perſuaſeris tunc
iudicio eius aſtrues per xpm nobis
ſalutem datam incipiens ab illis que
geſſit in corpore eciam diuina deſcribes
ut plus quam homo fuiſſe uideatur uic
tam unius uirtute mortem mortuumque
ab inferis reſuſcitatum. paulatim enim
fides creſcit ut cum ſupra homines fu
iſſe uideatur deus eſſe credatur. Nam ni
probaueris quod facere illa ſine diuina
uirtute non potuit quemadmodum potes
probare in eo vim fuiſſe diuinam talibus
athenienſes informauit precepto a
poſtolus talis nobis aput gentiles ordo
ſuadendus eſt at uero cum iudeos allo
querentur apostoli xpm xpm eſſe dicebant
qui propheciis nobis eſſet promiſſus oracu
lis quem non prius cum auctoritate ſua dei
filium nominabant ſed virum probatum
virum iuſtum uirum a mortuis ſuſci
tatum Illum... de quo dictum eſt in
pſalmis filius meus es tu ego hodie genui
te Ita ergo et tu ad ea que diffici
le credunt auctorem diuini ſermonis ad
ſciſſe et promiſſum eius aduentum prophe
tarum voce deſigna reſurreccionem quoque ut
to ante oportet ſcripturarum teſtimonijs
edocetis non uſitatam cum ceteris ut in
ipſa ſuſcitati corporis aſſercione eterne

teſtimonium diuinitatis acquiras cum
enim ueterorum corpora corrupcionem probauis
ſubiiſſe poſt mortem hunc utique de quo dicitur
non dabis ſanctum tuum uidere corrupcionem cum
probas humane condicionis merita ſup
greſſum deo magis quam hominibus cxſen
dum Quod ſi ad ſacramenta fidelium
tendens cathecuminus imbuendus ſit dicendum
quia vnus deus eſt ex quo omnia et vnus
ihc per quem omnia non duos dominos
eſſe dicendos perfectum quidem patrem p
fectum eſſe filium ſed vnius patrem et filium
eſſe ſubſtancie uerbum enim dei non quod pro
fertur ſed quod operatur ex patre genitum non
voce editum hec Ambro. Et aute apli
melius tenent preceptum domini ne eum
ante reſurreccionem ewangelizarent ſimul
quoque ne horrerent mortis periculum ſi regni
gloriam diligerent predixit eis tunc paſ
ſionem ſuam oſtendens quia oportet id eſt conueni
ens eſſet ſecundum ordinacionem diuinam filium
hominis ſed eum ire ieroſolimam ad operan
dum ſalutem in medio terre quia pordina
tum erat a deo patre quod ibi compleretur miſ
terium redempcionis nre vnde iſtud oz
ope portat opes apportat. oportet in quam non
propter ſua ſed propter nra peccata et ideo in pa
dicit que non rapui tunc exſoluebam Et eſt
notabile quod ipſe loquens de ſua paſſione no
minat ſe filium hominis non filium dei
quaſi uellet dicere quod paſſurus erat non
ſecundum naturam diuinam ſed humanam modus
autem nre redempcionis ſubiungitur cum
dicitur et multa pati factus eſt enim faſci
culus mirre id eſt cumulus amaritudinis
quia ex multis paſſionum generibus con
poſitus eſt mirre faſciculus multa meque
pati quia comprehendi colaphizari con
ſpui accuſari denudari flagellari et re
probari a ſenioribus qui debebant habere
preeminenciam vite et ſcribis qui uidebantur
habere prerogatiuam ſciencie et principibus
ſacerdotum excellenciam auctoritatis et potencie

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quia ab istis iudicatus est ad mortem et presidi traditus et occidi in cruce a gentibus qui eum crucifixerunt propriis manibus et tercia die resurgere tanquam virtute propria non suscitari potestate aliena quod dixit ne nimis de eius morte tristarentur et sic spe resurreccionis confortarentur Ad hoc enim ignominiam sue passionis et sue resurreccionis gloriam predixit ut suo exemplo timorem passionis tolleret et eos ad considerandum sue resurreccionis gloriam elevaret. Ubi iam Est autem sensus Tunc me predicate cum ista passus fuero quia non prodest xpm publice predicare et eius vulgare in populis maiestatem quem post paululum flagellatum irrisum sciunt et crucifixum. ¶ Et assumens eum petrus seorsum et dicentes separatim ne coram aliis videretur arguere magistrum increpavit eum amantis affectu dicens Absit a te domine sic pati non erit tibi hoc scilicet quod moriatur filius dei vivi Quasi diceret Indecens est quod tu dominus maiestatis tam ignominiose paciaris increpavit petrus dominum pocius quam ceteri quia noluit confessionem suam destrui nec putat filium dei posse occidi vel mori vel pocius propter amoris fervorem hoc fecit quo pre ceteris ardebat Et bene assumpsit eum petrus secreto relinquens nobis exemplum similiter arguendi maiorem quia inferior non debet in publico arguere superiorem Dominus autem conversus id est facie versa ad petrum quem precedebat ut sic conversus eum aspiceret et efficacius eum argueret dixit ei arguendo ipsum vade post me conformitate voluntatis et retro non contra me sathana id est adversarie et contrarie quia mee voluntati et vie salutis omnium adversaris et contraria loqueris sathanas enim interpretatur adversarius sive contrarius Quasi diceret non adverseris michi sed applica voluntatem tuam mee voluntati et noli impedire

paciencia mea sed magis sequere et post me eundo vestigia mea imitare Ubi Origenes Beatus autem ad quem conventitur xpus eciam si corripiendi causa convertitur Et subiungit dominus Scandalum es michi id est das michi occasionem offensionis et me offendi quia in isto facto non sapis ea que dei sunt disposicionem dei de mea passione considerando sed ea que hominum qui presencia appetunt humane pro me zelando et me affectu humano diligendo Ergo sapere debemus non humana sed divina non carnalia sed spiritualia non terrena sed celestia ut dicit Origenes omnem discipulum peccantem scandalum sibi appellat petrum autem quem dominus ante ita magnificaverat sathanam vocavit eo quod propter amorem carnalem quem ad dominum habebat dissuasit ei de sua passione ut non fieret Quantum namque ardoris et amoris legimus fuisse petrum in dominum salvatorem nostrum Et cum legitur in itinerario clementis petrus adeo afficiebatur ad xpi corporalem presenciam quam ferventissime dilexerat quod post xpi ascensionem quociensumque dulcissime presencie ac societatis et allocucionis xpi et sanctissime conversacionis memor erat totus in lacrimas resolvebatur ita quod gene eius aduste lacrimarum fluxu videbantur Ex zelo igitur quo volebat impedire eius passionem et quia iste zelus erat indiscretus nam xpi passio erat a deo preordinata ad humani generis salutem ideo durum meruit reprehensionem Quia ergo affectum non regulavit ut vellet quod xpus volebat et voluntatem suam non conformavit voluntati divine cui adversari videbatur merito reprehenditur et sathanas id est adversarius appellatur Hoc ergo exemplo domini habeas et tu omnes pro adversariis qui pro corporali allevacione et consolacione a bono et exercicio spirituali te vellent retrahere Quia

nite petri que ante probauit hic increpat
ſic nemo ob bona prius facta immunis ſit
a correpcione ꝓpt mala que facit ¶ Non
eſt ergo in cruce domini uerecundandum ſꝫ
pocius gloriandum quia eſt nr̄e ſalutis
ſignū et bonorum nr̄orum principium Vnde
Criſoſtomus ut coronam nam ita crucifixerunt cru-
cem xpi Et enim omnia que ſunt nos ſunt per
ipſam perficiuntur et ſi regnari oporteat cum
accedit et ſi paſci inſtituto illo cibo et ſi
conſecrari et ſi quodcumque aliud facere ubique ſym-
bolum .i. ſignum uictorie nobis aſſiſtit ꝓpter
hoc et in domo et in muris et in ianuis et
in fronte et in mente cum multo in ſcribimus
id ſtudio ſalutis enim que pro nobis eſt hoc e-
nim ſignum Quando igitur ſignaris excogi-
ta omnem condicionem crucis uel excuſam no-
enim ſimpliciter digito inſignire eam oportet ſꝫ cum
multa fide et nullus ꝓpe tibi ſtare poterit in-
mundorum demonum uidens enſem et gladium
in quo plagam et peſtiferum uulnus accepit
et arma per que omnem uirtutem eius
ſuſpe ſoluit hoc Criſoſtomus Oracio
Domine ihesu xpe quem beatus
petrus uerum dei filium eſt
confeſſus te quoque ego in-
dignus toto corde et ore
confiteor quia tu es xpc filius dei uiui
et eterni et rogo te domine clementiſſime
da michi ut et ope te confitear et factis
non negando fidelis inueniar quatenus bene
dictionem tuam conſequar cum petro ac firmus
in fide et ope permaneam cum ipſo da etiam michi
rex meus et deus meus ut conformitate
uoluntatis te ſequendo beneplacitum tuum in omnibus
perficiam et omnimode ab offenſa tua abſtineam
et ſit usque in fine te largiente perſeuerem
De exhortacione ad ſequendum xpm et
ſue paſſionis exemplum ſecundum capitulum
Poſtquam dominus diſcipulis
miſterium ſue paſſionis
ſecreto predixit conuocat
turbam cum eis et tam
ipſos diſcipulos quam omnes ad ſui imitacionem
et paſſionis tolleranciam inuitat Quaſi di-
ceret Noli prohibere paſſiones quia oportet
ſuſtinere eas omnes ſaluari uolentes Et ideo hic
ad omnes generaliter loquitur et omnes hortatur quia
imitacio paſſionis ad omnes pertinet uel
per martirium uel per penam ut ait Si quis
quod notat raritatem wlt poſt me uenire
per affectum interiorem per imitacionem exteriore
ad penam ſuperiorem et bene dicit uult quia
neminem cogit ſꝫ conſilit et unumquemque ſuo
ſuo arbitrio relinquit ut ſeruicium ſit gratius domino
et premium ſit gracius ſuo Vnde Criſoſtomus Cum autem
ſaluator ſit pius et benignus nullum inuitum
aut coactum habere uult famulum ſꝫ ſpon-
taneos et gracias agentes ei pro famulatu
Et ideo neminem cogendo aut neceſſitatem
imponendo ſꝫ perſuadendo et bñ faciendo uniuerſos
uolentes attrahit Et iterum ſi quis aurum da-
ret aut thezaurum exponeret omnes currerent
multo magis ad ea que ſunt in celis hic Criſoſtomus
Et ſubdit dominus abneget ſemetipſum per pro-
prie uoluntatis renunciacionem non tantum ſua uel ſuos
ſꝫ ſuum intellectum ſuum affectum ſuum ſenſum et tol-
let crucem ſuam per mortificacionem corporis ſui per
compaſſionem proximi et ſi neceſſe fuerit per ſuſtineam
martirii et ſequatur me. me habens lucem in in-
tencione contra fauorem humanum me ſequens
ducem in operacione contra et errorem dyaboli-
cum me expectans mercedem in remuneracione
contra temporale comodum Rectus ordo ut qui
wlt ſequi dominum primo abneget ſe ipſum et ſic
tollat crucem ut primo uoluntas eius ſit prompta
ad omnem miſeriam ſuſtinendam Sed in uerbis
autem dominus predictis excluduntur ſeu genera pe-
nitencie inutilis et e prima uiolenta contra
quod dicit Si quis uult Secunda diminuta qui
ſcilicet homo dat ſua deo et ſe mundo contra quod
dicit abneget ſemetipſum Tercia delicata que
ſit uolunt aliquam facere penam ut nullam ſen-
ciant afflictionem contra quod dicit tollat crucem
Quarta mutuata qui aliqui gloriantur de
paſſionibus patrum uel fratrum ſuorum xpi uero